

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

XIX. Sitne eadem doctrina de summo bono sen felicitate platonis &  
Aristotelis

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

## XIX.

*Sitne eadem doctrina de Summo Bono seu Felicitate Platonis & Aristotelis?*

Negatur.

**A**LITER docuisse Platonem de Beatitudine hominis quam Aristoteli, qui negat, prorsus hospes sicut in horum philosophorum scriptis necesse est. Plato enim de colesti; Aristoteles vero de terrena felicitate agit. Plato deducit felicitatem seu *paradiseum* ab uno Deo. At Aristoteles assertit beatitatem non pendere a Deo: Idem tribuit homini felicitatem hujus duntaxat vitae, seu putat hominem esse felicem, dum animo cum corpore conjunto secundum optimam virtutem operatur, nullum interim verbum faciens de felicitate vel miseria *seu regia sua* alterius vita. At Plato non acquiesces in hac beatitudinis umbra seu imperfecta felicitate presentis vitae, *cuibus* anima a corpore secreta felicitatem affigat. Considerat enim hoc etiam atque etiam: Quantamcumque homo consequatur in hac vita divinarum cognitionem cum vera voluptate coniunctam; in mente nihilominus nostra multas inhabere dabitiones, & voluptatem nostram non esse omnino sinceram puramque, sed cum sollicitudine & dolore mistam. In contemplatione igitur Dei in hac vita, que voluptate

voluptatem internam comitem habet, neque sufficiens neq; perfectum bonum est, nec simpliciter beatitudo, quippe quam oporteat esse bonum *ἰκανὸν & τέλειον*, excludens omnem miseriā & indigentiam, omnes deniq; humani desiderii terminum, ultra quem appetitus & voluntate longius non progrediare. Quare sententia Platonis Aristotelicæ contraria fere est hæc: Mens hominis optimo suo fita, ad quem condita est, non planè potitur, donec à corpore liberata ad suum revertitur autorem. Hoc Plato significare voluit allegoria Promethel, de quo scribit, quod divina Palladis sapientia instructus, ignem q; cœlestem, id est, rationem seu intellectum adeptus, in summo montis vertice, id est, ipsa contemplationis arce constitutus, ob continuum avis rapacissimæ morsum, id est, investigationis stimulum miserrimus omnium judicetur, donec illuc iterum transferatur, unde olim ignem accepit, ut: quemadmodum uno illo superni luminis radio nunc assidue ad divinorum investigationem exstimulatur: sic tunc pleno lumine & perfecta speculationis claritate splendore que impleatur. Plato igitur hujus mortalis & caducæ vitæ beatitudinem sentit esse imperfectam: Alterius vero seu future omnibus numeris perfectam cumulatamq; Quare cùm in Epimenide ait: Feri non

non posse arbitror, ut homines in hac vita  
præter admodum paucos felicitatem affer-  
quantur, non intelligit perfectam beatita-  
tem, sed gustum tantum beatitatis. Sentit ad-  
modum paucos hunc percipere, nempe qui  
Deo magis quam sibi ipsi vivunt, seu qui pa-  
rum commercii habent cum corpore, quia  
nimum à corporeis sensibus & cupiditatibus  
sejungunt, quæ Mors philosophica est, & Sa-  
pientum propria: Qui à sensibus ad intellec-  
tus intima abducti penetralia multa etiam  
sub oculos delata non vident, ut Scaligeriver-  
bis utar: qui & alibi præclarè: Hoc non est o-  
ptimum, in natura diutissimè vivere, sed sapi-  
entissimè. Hominis enim vita non hæc est, sed  
via ad vitam, quæ æterna est.

## XX.

Sitne Prudentia an Sapientia Aristoteli summum  
bonum, & quod Theologo?

**A**RISTOTELES beatitudinem collocas-  
in operatione secundum virtutem, intel-  
ligit optimam & perfectissimam virtu-  
tem. Hæc ei in intellectu practico est pru-  
dentia: In intellectu vero contemplante Sa-  
pientia. Politica igitur (Politici hominis) fe-  
licitas Aristoteli consistit in prudentia, cuius  
norma reliquæ virtutes diriguntur, & seu  
operatione: Felicitas vero theoretica (contem-  
plato-